



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De eruditione christifidelium**

**Herolt, Johannes**

**Colonie, 27. X. 1496**

De remedijs [contra] ira[m] p[ro]pria[m]:

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30784**

insinuet. discendo sibi. Hoc mihi videtur ad salutem tuam et ad bonum tuum pertinere. pro cas mihi quia pro melioratione tua feci eo quod salutem tuam desidero sinceriter tanquam propriam.

**E**quitur de remedijs contra iram propriam. Quorum primum est consideratio dominice passionis christi. unde Gregorius. Si passio domini ad memoriam revocetur. nihil a deo durum quod non equo animo toleret. quod remedium in libro Numeri. c. xxi. nobis insinuat. ubi legitur quod filius israel respicientes serpentem eneus a mortu serpentium ignitorum sanabatur. unus de serpentibus ignitis est ira. a qua quis sanatur si diligenter attendit quod christus in cruce pro eo sustinuit. Tunc enim patienter sustinebit quicquid oportebit eum pro amore christi pati. Quia cum christus malediceret non maledicebat. et cum male tractaretur non aperuit os suum. Unde ad illud exemplum nostris cordibus imitandum hortatur sponsus in canticis. Donec mesicut signaculum super cor tuum quia reuera quicumque illud signaculum et exemplar patientie cordi suo perfecte impresserit. omnem ire impetum facilius edomabit. Secundum remedium contra iram propriam est silentium. Unde super illud. puer. xii. Fatuus statim vindicat iram suam. Dicit glossa. Natura ire est ut plara magis ferueat. occultata languescat. Et pro uerbis. xvi. Qui imponit stulto silentium iras mitigat. Stultus est homo superbus. precipue si iracundus sit homo ille. Ad illud secundum remedium videtur pertinere illud psalmus. Posui custodiam ori meo cum consisteret peccator aduersum me. Tertium remedium est considerare utilitatem quam habet tribulatio quam toleratur patienter tamen in presenti quam in futuro. Hac utilitatem insinuat nobis David cum dicit de persecutoribus. Circumdederunt me sicut apes. Apes aculeo pungunt. sed ex alta parte mel tribuunt. Sic persecutores utique pungunt cum tribulationem inferunt. tamen amandissimi sunt. quia mel celestis dulcedinis quodammodo

modo conferunt. materiam enim corone eterne homini ministrant. Unde psalmus. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores. scilicet coronam vite eterne. Quartum remedium est proprium defectum consideratio. Facilius enim superportat aliquis defectus aliorum quam ipse defectus suos agnoscit. Quis oportet ab alijs superportari. unde Salomone puer. xix. Non indiges misericors est. Quintum remedium ire est quod iracundus consideret quod non potest nocere alij nisi ipse sibi antea maximum nocentem inferat. scilicet animam propriam occidendo. Quia quoniam iracundus vult ledere proximum in rebus vel in fama vel in corpore hoc non potest perficere nisi oporteat eum antea animam suam propriam mortificare.

**E**quit de tribus remedijs contra iram alienam. Primum est mollis responsio. unde Salomone puer. xv. Mollis responsio frangit iram. sermo durus suscitatur furorem. homo iratus est olla bulliens. Prover. xv. Os fatuorum ebullit stulticiam. Ideo aqua frigida mollis rationis fundenda est. Ecci. xviii. Nonne ardorem refrigerabit ros. Dulce verbum est velut ros refrigerans ardorem ire. Secundum remedium contra alienam iram est silentium. unde Salomone puer. xxvi. Qui defecerint ligna extinguet ignis. velut ligna se habent verba que respondent homini iracundo unde ignis ire nutrit. unde Ecci. viii. Ne litiges cum homine linguato et ne struas ligna in ignem ipsius. Securius enim est etiam omnino recedere ab irato. sicut aliquis recedit ab igne quem non vult turbare. nec calefieri ab eo. Unde ad Rhod. xii. Non vosmetipsos defendentes charissimi. sed date locum ire. Tertium remedium est contra iram alienam benefacere homini irato. Unde puer. xxv. Si esurierit inimicus tuus. ciba illum. si sitierit potum ei da. et congregabis carbonem ignitos super caput eius. Beneficia que inimico exhibentur sunt velut pruna accendentes inimicos eorum ad amorem. Unde exemplum legitur de hoc in vita spatrum. quodam senex

*Unum remedium  
silium contra  
iram est silentium  
2 remedium  
mollis resp.  
3 remedium  
benefacere  
inimico*